

**Questio Septuagesima septima. de xpi caritate.**

**D**inde videndum est de xpi caritate. circa quod quatuor sunt. Primo. Ut xps solum in caritate posuerit perfectionis statum. Secundo. utrum perfectum modum diligendi xps posuerit sub precepto vel sub perfectionis consilio. Tercio. utrum ad perfectum modum diligendi. xps. aliquis perfectionis status possit attingere.

**A**d primum ergo sic proceditur videtur enim quod xps non solum in caritate posuerit perfectionis statum quod scribitur super illud luce. xiiij. Qui non renunciat omnibus que possidet non potest esse meus discipulus dicit glossa Beate quod differentia est inter relinquere omnia et renunciare. quod auctorum fidelium est renunciare omnibus puta sic tenere que mundi sunt ut tamen per ea non teneantur. Sed relinquere omnia hoc est curas mundi omnino postponere. paucorum et perfectorum est. In abdicacione ergo temporalium consistit status perfectionis non in caritate. **P**reterea perfecta caritas est in eo qui non timet quia ut dicit Iob. in canonica sua. Perfecta caritas foras mittit timorem. Sed multi in statu coniugatorum existentes non timeant et habent perfectam caritatem et tamen non sunt in perfectionis statu non ergo sola caritas facit ad statum perfectionis. **P**reterea illud magis facit ad statum perfectionis quod magis facit ad beatitudinem. Sed cognitio vel visio que est domini intellectus magis facit ad beatitudinem quam caritas que est perfectio voluntatis unde illud. Mathe. v. Beati mundo corde corde quoniam ipsi deum videbunt. **S**uper quo verbo dicit Augustinus. quod visio et contemplacio veritatis est tota merces fidei. **I**n conuersione est que maxime perfectionis opus est martirium et abdicacio temporalium. **H**ista non proficiunt hominibus sine caritate. i. Cor. xiiij. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritate autem non habeam nichil michi prodest. **R**espondeo dicendum quod ad perfectionis statum quinque sunt que ad primum requiruntur. Primo perpetua voti obligacio. Secundo dei et proximi dilectio. Tercio ad cultum dei oblatio et dedicatio. Quarto habitus benedictio vel persone consecratio. Quinto omnium temporalium abdicacio. perpetua namque voti obligacio est causa efficiens perfectionis status. Dicit enim glossa super illo verbo leuit. xxvij. Animal quod immolari potest domino si quis uenerit sanctum erit nec mutari poterit quia aliud est sacrificari et offerri. et aliud est sanctum esse et dei esse. nam quod sanctificatur et offertur incipit dei esse quod non erat et paulatim augmentatur. Quod autem sanctum est et dei est non eget augmento quia perfectum est nec mutari potest. **I**n obligatione enim voti duplex est obligacio una ipsius voluntatis. et alia eius quod voto offertur ut ibi glossa dicit. Causa vero formalis perfectionis status est dilectio dei et proximi. Nullum enim opus potest hominibus in perfectionis statu formaliter in vita spirituali nisi caritas. unde coloco. iij. Enumeratis multis virtutibus que faciunt ad statum perfectionis concludit apostolus